Nichrembeck Sozanskiemu Debet.

persolutionem summae praefatae praenotatis tempore et loco supra expressis ad solvendum incumbendo. Caeterum memoratus recognoscens Generosus Alexander Kiebembecki suprascripto creditori suo et ipsius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem ex his Actis Castrensibus autenticae Praemisliensibus ad acta Terrae Praemisliensis quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata ita valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum incumbente ac summae [illegible] praefati non soluta solvendo complendoque praemissis ... statibus existens memoratus recognoscens Nobilis Alexander Kiebembecki sive eius successores ad instantiam suprascripti Generosi Waleriani Drozdowicz creditoris sui sive eius posterorum ad officium hoc Castrense Capitaneale Praemisliense extunc recessum suprascripto quoad reddendum spectat mutuo tempore in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere reddere vadium praefactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum praefati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos semper perem[ptorios] [illegible] in firmitate ... minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad [illegible] ut alis quibusvis difficultatibus et legalibus impedimentis non differendo ad quemvis alium proximos Terminos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis dilationem sibi nec aliquam nullasque motiones appellationes ac easdem prosequendo faciendo praemissisque omnia remissione simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensioni [illegible] fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello cum omnibus aliis omnibus iuris remediis et defensionibus subterfugiis [illegible] [illegible] suprascripto ad praemissa mutuo

Drozdowicz Lubienieckiemu Debet.

Comparens personaliter coram Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal[ibus] Praemisliensibus Nobilis Ioannes Drozdowicz Sanus mente et corpore existens a venis debitisque iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis praefatis omnibus totaliter et plenarie inscribens atque subiiciens palam libere publice ac expresse recognovit. Quia ipse Nobili Stanislao Lubieniecki filio Generosi Iacobi Lubieniecki eiusque posteris summam Octoginta florenorum pecuniae Polonicalis certi veri iusti et liquidi debiti mutuati quod apud ipsum pecuniae tenetur atque debet quam quidem summam suprafatam Octoginta florenorum pecuniae Polonicalis memoratus recognoscens Generosus Ioannes Drozdowicz se ac suos successores in et super bonis suis praefatis omnibus ac summis pecuniae quibusvis habitis et habendis suprafato Creditori suo et ipsius posteris inscribit et obligat solvendum praedictis Temporibus solvere primam videlicet ratam Quadraginta florenorum pecuniae Polonicalis pro feria Quarta post festum Solennium ... alteram vero ratam videlicet Quadraginta florenorum pecuniae Polonicalis pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli post et immediate venturis dare solvereque coram Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus realiter et in effectu reponere ac relinquere repositamque et relictam [illegible] ab eodem officio non eximere nec arrestare vel alio quovis modo impugnare eique sub vadiis cuilibet ratae correspondenti per eundem recognoscentem Ioannem Drozdowicz sive eius successores suprafato Generoso Stanislao Lubieniecki creditori suo et ipsius posteris ob non persolutionem earundem summarum quolibet tempore et loco suprafixis ad solvendum incumbens. Caeterum memoratus recognoscens Nobilis